



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 31. An conservatores possint procedere adversus eos, qui
confugientes ad Ecclesias extrahunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Q U A E S T I O XXX.

Executores testamentorum ab ordinario conveniri, an recurrere possint ad suos conservatores.

S U M M A R I U M.

1. Executores testamentorum qui plenissime sunt exempti, non possunt coram ordinario conveniri. 2. Testamentorum executores quorum exemptio derogat cap. volentes de privilegi. in 6. non possunt conveniri coram ordinario.

EXaminavi hanc quaestiuunculam alio in loco, de Jurisdic. ord. in exemptis, 4. quest. 49. distinxique inter regulares exemptos & alios non regulares exemptos, hos dixi, quia plenissima gaudent exemptione, non posse conveniri, illos vero posse, quod limbo & declaro, nisi & hi plenissima gaudeant exemptione, cum derogatione cap. volentes de privilegi. in 6. ut puta quod nequidem contemplatione contractus delicti vel loci coram ordinario possint conveniri, & quidem cum mica hae salis temporandam hanc quaestionem censet Emanuel Roderic. Regul. quest. tom. 3. quest. 70. art. 3. auctoritate nixus Richaldi, in 4. dist. 45. & Sylvestri verb. testamentum 2. num. 2. & 4.

Q U A E S T I O XXXI.

An conservatores possint procedere adversus eos, qui confugientes ad Ecclesias extrahunt.

S U M M A R I U M.

1. Extrahentes ab Ecclesiis sunt excommunicati. 2. Immunitas non violatur per investigationem delinquentis.

Respondi posse lib. 4. de Jurisdic. ord. in exemptis quest. 65. incurritur enim excommunicationem a qua non possunt nisi a Pontifice vel conservatore absolvi, Emanuel Roderic. d. tom. 2. quest. 50. art. 2. vers. 4. & ultimo. ac alias poenas quas in d. quaestione expolui. num. fin. Non tamen incurrerent, si effringerent immunitatem investigandi gratia, an in